

J.K.
12.
36.

De cultu et reverentia principum exterina.

II f
1549

sumus illo audiens audiula an

Q. D. B. V.

D E

REVERENTIA CIVIS CHRISTIANI PRINCIPEM,

D. 19. Sept. An. 1701.

IN AUDITORIO MAJORI,

E MEMORIA DICTURI SUNT
ADOLESCENTES INFRA NOMINANDI,

HOS

Ut benigne & benebole audire
dignentur,

Venerandos Dnn. Inspectores, Patronos, Fau-
tores ac literarum estimatores

Officiale atque amanter rogat

M. GEORGIUS ANDREAS Vinhold / RECTOR.

CYGNÆAE, Literis Büschelianis.

A 8.

BIBLIOTHECA
PONCKAVIANA

Um pluribus partibus obligamur

Principi: tum in eo potissimum, qvod ei debemus reverentiam præstare. Hujus virtutis vis maxima in animo quidem est, qvia magistratus in terris Dei vicem gerit: at duobus qualibet rivulis in sensu humanos dimanat, ore scilicet & gestibus. Illud bona verba profundit, appellando Imperatorem, Pium, Clementem, Augustum, Patrem patriæ, & qvocunque nomine majestas colitur. (a) Hic corporis motu ostendit, quam honorifice sentiat de Principe suo. Sicut autem honor in animo latens distinguuntur gradibus: dum alius alio cupidius amat, impensis diligit, submissius reveretur Superiorem; neque singuli eodem ubique fundamento nituntur: qvo pertinet, qvod olim dictum est: Imperator Germanorum Regibus; Rex Hispanorum hominibus; Gallorum aliis; Anglorum Diabolis imperitat: (b) ita reverentia gestu elucens apud varias nationes varias quoqve formas recipit. Moribus Persarum inolevit, Reges adoratione venerari. Hi enim ad Deos originem suam referentes, solis & luna se fratres jaicitabant; vel, ut Sidonius canit: *cognata sibi astra, singendo Phœbea tumbabant propinquitate.* (c) Nempe genus è divorum deductum sanguine divinis maectari honoribus æquum censemant. Unde literas ad Constantium dedit Sapor, nunquam à genuino fastu declinans, qvarum hanc fuisse inscriptionem accepimus: *Rex Regum Sapor particeps siderum, frater solis & luna, Constantio Cæsari, fratri meo, salutem.* (d) Qvorum tamen vanitatem acriter, nec ineleganter, scriptor gravissimus, Chrysologus perstringit: *ne, inquit, simus, ut Persarum Reges, qui subjecti sunt pedibus suis Phœbea, ut polliam, se calcare vices mentiantur: nunc radiato capite, ne sunt homines, solis resident in figura: nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant, effeminantur in lunam: nunc varius velut siderum assumunt formas, ut hominis perdant figuram.* (e) Accedebat fuetus Regibus orientis: (f) qvandoqvidem cuncti ea loca incolentes, perinde ut Cappadociæ, (g) se fine Rege vivere non posse sibi persuadebant. Inde tanta Regum veneratio ad adorationem usqve progressa infedit animis. Fiebat autem isthac adoratio non tantum *procuratio*, genu flexione, qvando humili proculbere oportebat omnes, qvi Regem adire volebant, sed & *reverentia*, dejectione corporis ad terram proni; atqve adeo Deorum cultui omnino fuit simillima; qvales figuræ exhibit curiosissimus Kircherus. (h) Sic in conspectum Regis venientes stupore qvodam & horrore sacro correpti, primum in genua procidebant, postea etiam proni ac procedui jacebant humili, canumqve blandientium in morem (sicut nomen declarat) inserviebant. Id vel ex Curtio constare affatim potest. Cum enim, venerantibus Persis, Polyperchon, qvi supra Alexandrum M. in mensa cubabat, unum ex his mento contingentem humum per ludibrium, cœpisset hortari, ut vehementius id quateret ad terram, talisq; petulantia Regi elicuisse iram: *tum detractum eum lecto Rex precipitat in terram; cumqve pronus corruisset, videsne, inquit, idem te fecisse, quod in alio paulo ante ridebas.* (i) Quodsi quis obiceret, popofuisse Monarcham veneracionem civilem, licet summa cum humilitate, neutriq; vero cultum religiosum: ei Historicus respondebit: Alexandrum fortunæ blanditiis occæcatum, priusq; cum Polyperchone discumberet, divinos jam tum affectasse ho-

(a) *Senechal. de dementia* c. 14. (b) v. Die vier nahmhaften Königreiche von Theuer-danc fürgebilder. (c) I. 8. ep. 9. (d) *Am. Marcell. I. 17.* (e) *Sermone 120.* (f) *Tacitus hist. 4.17.* (g) *Institus I. 38. c. 2.* (h) *Chine illustrata pars 2. c. 2.* (i) *Cirrini I. 8. 6. 5.*

ſe honores; qvin & diu ante meditatum eſſe. *Nan omnibus p̄paratis, quod olim prava mente conceperat, tum eſſe matrum, quoniam modo cœlestes honores nifuparet;* ceperit agitare. Jovis filium non dici tantum ſe, ſed etiam credi volebat, tanquam perinde animis imperare poſſet, ac linguis. (k) Qvo factō & civilitatem tot documentis à ſe illuſtrataam haſtenus omiſit Rex: qvippe ciuiliores Reges ſolebant ſalutari: barbarico inflati faſtu adorari: (l) & nefario auſu ſacram Majestate perſonam ſuam, &c, ut Menander ait, *εινόντα ιν ψυχον θεόν* in idolum transformavit. Namque adoratio ſoli Deo, tanquam supremo Monarchæ, debetur, neque in ullum mortalium cadit, cengeſte judicio-
fiffimo Danhauero. (m) Etiamſi ergo impium eſſet, & poſtulare iſti-
uſmodi ſubmiſſionem, & exhibere: fuit tamen nemo Persarum,
etiam inter primæ dignationis homines, qvin ſe ea ratione ſubmitteret.
Sex Persæ, qvi Magorum dominatione oppreſſa, hinnitu eqvi ſuperati,
erant, continuo eqvis delapſi, humi ſtratis corporibus, Darium Re-
gem ſalutarunt. (n) Eumque ritum ad ſua uſque tempora in Perside
manuſiſte Socrates affirmat. (o) Agnovere errorem hunc, natura duce,
gentes ſapieniores; maxime Græci, qui turpitudinem moris perva-
dentes, nefas rati & probroſum, adeo profligare indolem hominis inge-
nuam, libertatemque, qva nihil pretioſius, nihil amabilius, viſiſſimo
ſervitio permute: manibus pedibusque annifiſiunt ſemper: ne ado-
raffe Persarum Deum dicerentur. Cives qvidam Lacedæmonii in publi-
ca cauſa, uifa, nobilem illo tempore urbem, aſcenderunt. Ut vero in
conſpectum veneſunt Regis: jubentibus ſatelliſibus, &c, qvia reſuſta-
bantur, vim adhibentibus, imo, ut ſe projicentes Regem adorarent,
hospites oborto collo trahentibus: pertinaciter nihil ſecius negave-
runt illi, ſeſe veneſari hoc paſto Persam poſſe, ſuam libertatem pre-
tendentes: ἡπερ γάρ σφι εἰν τούτῳ εἴναι ἀθεωπον πέποντες, ſibi legibus non
præſcriptum eſſe, ut hominem adorarent. (p) Ita ciuibis ſuis barba-
ros exoſos & contemnos reddere ſtudebat Iſocrates: præſtolaris eos &
procumbeſe ad Regiam ipſam, omnibusque modis abjecto eſſe animo,
θυηὶον μὲν ἀνδρες αὐτοκυνῆται καὶ δαιμονα αὐτογενεῖονται, ή τὸν δὲ θεόν μᾶλλον, ή τὸν αὐ-
θεώπον καὶ φρεγάντες, adorare eos hominem mortalem, & diuinum ap-
pellare: magisque hominum, quam Deorum rationes habere. (q)
Conon qvoqve Atheniensis omni ratione Perficam illam ſubjectionem
recuſavit. Et quanquam ipſi grave non erat, qvemvis honorem habe-
re Regi: verebatur tamen, ne civitati ſuæ eſſet opprobrio, ſi, cum ex
ea eſſet profectus, qua cæteris gentibus imperare conſueverit, porius
barbarorum, quam illius more fungeretur. Qvare Chiliarcho, qvæ
volebat, ſcripta tradidit. (r) Neqve qvenqvaſ Græci generis reperias,
qvi tam deformi adulatioſi morem gerere non dubitaverit: niſi unicūm
excipias Atheniensium Themistoclem. Hic enim ab Arrabano, viro di-
ſerto, peruiſias, dum hi verbiſ illum tentaret: ηιν δὲ πολλῶν νόμων καὶ
καλῶν ὄντων, καὶ λίτοις θέσις εἰσι, τὸ πολὺν βασιλέα καὶ αὐτοκυνεῖον εινόντα θεόν την πάντα
αὐτοῖς Θεοῖς: nobis inter multas easque bonas leges pulcherrima videtur
& optimā: honore regem & adorare imaginem Dei omniaſervan-
tis: paruit libenter, atqve in faciem devolutus eſt; ſive temporib⁹
ſuis eo compulſus, cum ciuium ſuorum invidia, patria ejectus, Xerxis
colloqvio frui cuperet; ſive qvod magnam ſibi dignitatē in aula Persica
aucuparetur. (s) Qvemadmodum Agesilaο Duce accidit, ut ipſe,

ſupera-

(k) Idem l.c. (l) Jſeph. l.12, c.7. (m) Hodeſoph. Chrif. Phœnom. 6, p.501. (n) Val.
Max. l.7, c.3. (o) Hiſt. Eccles. l.7, c.8. (p) Herodot. Polybym. (q) Panegyr.
contr. barbar. (r) Nep. in Conon, c.3. (s) Plut. in Themist.

superato hoste, οἵς μὴ τερψθεν περιστούντας ἔλληνας ἀναγνάζεμένες ὅρῶν πυωμένες
 θέντες ὑπὲρ Κέρκυραν, οἵς δὲ ἀξίωτας εἰς τὸν θεόν πυαὶ κατέβαθμαι, οἵτε ποιήσας υπὸ αὐτοῦ
 βλέπειν τοῖς ἔλλησι δίνασθαι, videret Græcos, qui prius adorare cogerentur
 alios, ab iis ipsis honore affici, a quibus contumelia fuerant affecti: illos autem, qui antehac divinis frui voluerint honoribus, eō redigē-
 ret, uti ne adspicere quidem Græcos possent. (t) Timagoram quoq;
 Cretensem, seu Enthymum Gortynium, Artaxerxem patrio Persarum
 more veneratum esse, eundemque hujus venerationis obsequio, in ma-
 xima apud Regem gratia fuisse Athenæus mēminit. (u) Quent tamen
 Athenieses postea, tanquam abjectissimum mancipium, ob tam scē-
 dam adulatioinem capitali supplicio affecere: *unius cīvis humīlībus blandi-
 tiūstotius urbis sic decus Persica dominationi summissum graviter ferentes.* (w) Græ-
 cis enim in libera procreatis republica, indecora semper visa est hujus-
 modi venerationis. Propterea Philosophus in honorum generibus recen-
 sendis inter *Ἑρμῆς* ponit *περιουσίας καὶ ἐκποτες;* in faciem proster-
 ni honoris gratia, & extra se rapi in veneratione hominis ad barba-
 ros pertinere; Id moris ab Hebreis quoque observatum aliquandiu
 non sine causa colligit Hieronymus Magius ex 2. Sam. I. v. 3.
 יְהוָה יְהוָה, ubi nuncius coram Rege Davide venerabundus in ter-
 ram cadit, & ex 2. Sam 14. v. 5. יְהוָה יְהוָה נָרְצָת מִן־לְבָדָקָה, ubi
 mulier Tekoensis Regi prostrata facie supplex fit. (x) Qui honos
 jam olim Josepho rerum potito a fratribus exhibitus fuisse perhibe-
 tur, ut eum more regio adoraverint: propterea quod eo tempore an-
 nonā arbitrium penes ipsum esset. (z) Sed Judæos aversatos esse ri-
 tum hunc adorandi, probat Brissonius exemplo Mardochæi. *Hic
 וְאֵלֶּה כָּלָא כַּי תֹּאכַל אֶת־עֵינֶיךָ וְאֶת־עֵינֶיךָ* Amaniem adorare, licet Regis Arta-
 xerxis iussu, eo honore a reliquis Persis coleretur, praefracte recusavit,
 nec ut Josephus I. II. antiq. c. 6. scribit, *וְגַם לְעַלְלָה מִצְמַחְךָ וְעַלְלָה צְבָאֶךָ*, quem honorem Deo præbabant, eundem habere illi
 sustinuit. (2) China quanto honore afficiar Reges suos, apud Mendosam de
 statu Chinæ situ Politicoretatum legitur. *Nimirum in omnibus Pro-
 vinciarum, quibus Rex presens non est, præcipuis civitatibus, in quibus*
 sedem fixerat Pro Reges, incisam aurea tabula Regis, Chinenses habent effigiem, aureo
 panno conctetam, cui quotidie *Loitia* seu nobiles docti, & ministri jutitiae exhibere e-
 andem, quam Regi deberent, reverentiam obligantur. Singularum autem festivitatum,
 quæ sunt omnium mensium novilunia, primis diebus remota cortina, omnibus ostensa
 tabula cultu Regi debito honoratur. *Tituli Regis sunt, Dominus mundi & cœli filius.*
 (aa) Ad Regem Sino-Tartaricum admisi pendentibus brachiis solo adstant, hocque
 ea de causa sit, quod nefas esse putant Tartari, coram Majestate Regi aut manibus
 geficulari, aut pedum motu quippiam tanta majestate indignum committere. Hinc sta-
 tuum in modum, ne indignationem ejus ex solita ceremonia omissione incurvant, immo-
 tis pedibus manibusque superciliosaque In terram demissis afflere consueverunt. (bb)
 Turcarum Imperatorem se cum sociis accessisse referat Busbequius; postea ipsos deoscula-
 tos eius manum ad parietem oppositum cessim ita reductos, ne illi tergum aut ullam
 posterioris corporis partem obverterent (cc) Cocinnenibus solenne eft Reges sancti-
 tate vita illustris divinis honoribus, innumeris idola dedicando, reverenter: inque ipso
 consecrationis ritu *Ægyptios omni ex parte imitari.* (dd) Magistratus quid honoris in af-
 surgendo, sedendo, descendendo ex equis tribuerint Romani, legere est apud Gelium. (ee)
 Christianorum vestigiis infestantes (ff) nostri

- I. JOHANNES CHRISTOPHORUS SCHERER, Cygnæus, ho-
norem Principi debitum vindicabit.
 - II. JOHANNES HENRICUS HARTMANNUS, Curlanus, per
majestatem Principis non esse jurandum, probabit.
 - III. DAVID DIETERICUS, Kirchberga-Variscus, Apotheosis
Principium & divinas laudes improbabilit.
 - IV. JACOBUS FOERTSCHIUS, Weissenbornensis, Principi ad-
orationem non deberi monstrabit. P. P. Cygneæ, d. 18. Sept. 1701
- (t) Xenoph. orat. de Agelias. (u) Diphnos, l. II. (w) Val. max. l. 6. c. 3. (x) In not. ad Nepi-
 Conon. (y) v. Sulpit. Sever. hist. sacr. l. I. (z) de regno Persarum. l. I. (aa) ver. Chinense
 p. 74. (bb) Kircherus Chin. illuſtr. p. 112. (cc) epist. l. de rebus Turc. (dd) Kirch. l. c. p.
 146. (ee) Ad. Gel. l. 2. c. 2. Noct. Att. (ff) v. Symeonem apud Niceph. l. 8. c. 36.

De cultu et reverentia principum externa.

II f
1549

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

DE

REVERENTIA CIVIS CHRISTIANI ERGA PRINCIPEM,

D. 19. Sept. An. 1701.

IN AUDITORIO MAJORI,

E MEMORIA DICTURI SUNT
ADOLESCENTES INTRA NOMINANDI.

**ADOLESCENTES INFRA NOMINANDI,
HOS**

HOS

Ut benigne & benevole audire
dignentur,

Venerandos Dnn. Inspectores, Patrōnos
tores ac literarum estimatores

Officiose atque amanter rogat

M. GEORGIIUS ANDREAS Vinhold / RECTOR

CYGNEAE, Literis Büschelianis

